



**Geistliche || Lieder vnd Psalmen/ der || alten  
Apostolischer recht vnd warglau=||biger Christlicher  
Kirchen/ so vor vnd nach der || Predigt/ auch bey der  
heiligen Communion/ vnd || sonst in dem haus ...**

**Leisentritt, Johann**

**Budissin, 1567**

**VD16 L 1061**

Idem In Eodem Lib. Epigrammatum, Epigram: 46.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56527)

EPIGRAM:

Grata canunt reliqui lepidis pæana puellis,  
 Suppeditat numeros candida Musa quibus,  
 Virginis at Mariæ, Christi genitricis Iesu,  
 Nos dignas laudes commemorare decet.  
 Quæ peperit summū positū super æthera regem,  
 In partu & ante, post quoq; uirgo manens:  
 Hæc manet æterno castissima tempore uirgo,  
 Virginis & matris nomen utrunq; ferens.  
 Vita, salus mundi decus & lux, gloria, uirtus,  
 Claruit hac nobis uirgine matre pia.  
 Quos dolus antiqui tunc pderat ecce Draconis,  
 His patet hac iterum ianua clausa poli.  
 Quæ licet Hæretici spernant Malachmonis æstu,  
 Eius & horrendum scindere nomen ament.  
 Nos tamen hanc, semitis ueterum inhiærentes,  
 amemus,  
 Omnes quam sancti sic coluere patres.  
 Et huic unanimes studeamus promere laudes,  
 Cum psalmis, hymnis, carminibusq; pijs.  
 Cui Leisentritius præclaro nomine dictus,  
 Sincero meritis cecinit ore grates.

IDEM IN EO  
 DEM LIB. EPIGRAM  
 matum, Epigram: 46.

EPIGRAM:

Dignum matre Dei quod ipse  
carmen

Extollis, celebras, & explicare  
Contendis, uelut optimæ Sionis  
Coetus, fecit ad istud usq; tempus,  
Necessabit honore tam beato:  
Non tantum ueneramur obsequen-

tes,

Et testamur amore diligenti,  
Sed laudamus, & usq; deprecamur,  
Ut pergas, & in hostium ruïnã  
Opponas tua corda, ne futuri  
De Leisentritij fide nepotes  
Ignorent, Deus est & ista curat,  
Pergas, præmia iusta subsequantur.

